

Off. sg. 4.

15

Q. B. F. F. F. Q. I. E. D
PRAEMISSA AD HOS. II. SEGM. XXI
VOCABULI pris EXPLICATIONE
XXIV

OMNES MVSARVM PATRONOS,
FAVTORES, AMICOS

A D
ORATIONEM
de
COLVMBA NOACHICA SPIRI-
TVS SANCTI SYMBOLO, ET AVSPL-
CIORVM SUPERSTITIONIS
OCCASIONE

A B
IOANNE BALTHASARO AMBERGIO

NOSTRATE
IVVENE IVRIS STVDIOSO, INGENII FELICITATE AC
MORVM ELEGANTIA, ET IN ADDISCENDIS DISCIPU-
LIS BONISQUE ARTIBVS ASSIDVITATE AC DILIGEN-
TIA QVAM MAXIME COMMENDABILI

FER. I. PENTECOST. MDCCCLXXXII

HABENDAM

QVA DECET OBSERVANTIA INVITANT

DIRECTOR

et
PROFESSORES RELIQVI

COBURGI

FORMIS ABLIANIS

Ioel. 2, 23: *Verum, ciues Sionis, exultate et laetamini propter Iehouam Deum vestrum, nam dedit vobis doctores innocentiae, ut demittat vobis pluias et primas et serotinas, ut antea.* Chaldaeus ponit: *Ecce reddo vobis doctorem vestrum innocentiae.* Kimchius legit: *וְהִנֵּה מַלְכֵיכֶן לְבָבְךָ doctores vestros innocentiae,* quae varians lectio etiam a Samuele Clerico est annotata. Graecus conuertit: *Διότι ἐδώκεν ὑμῖν τὰ βερύλλατα εἰς διαστύνην, nam dedit vobis escas ad innocentiam:* pro *חַמְנוֹן הַמְזֻרָה* iraque *חַמְנוֹן הַאֲכָל* legiffe videtur, quam lectionem sequuntur etiam Syrus atque Arabs, qui *لَلْعَرْلَ* ponit. Symmachus transluit: *Tοὺς ὑποδεινύοντα demonstratorem iustitiae.* Consentit etiam Vulgatus: *Quia dedit vobis doctorem iustitiae.* Isaacides eodem modo interpretatur: *את נביאכם המו"י אחכם*: *לשוב אליך כדרך אחכם Prophetas vestros insituentes vos, reuertendum esse ad me, ut innocentes declarem vos.* Obstant anaclasis Hebraeis adamatam, qua idem vocabulum in eodem segmento duplii ponitur significatu, Symmachi praefatio expositionem, a Chaldaeo confirmatam, praesertim quum expectari poterat, aliquid spirabilis beneficii a prophetâ Ioële, reliquis ad hoc saeculum pertinentibus, interponi, causam eorundem continentis. Illis enim qui doctribus innocentiam a Messia futuro comparandam proponentibus recte vterentur, in primis haec huius saeculi promittuntur beneficia. Idem fatetur Iaphetus Leuita apud Ezriadem adscribentem: *אמור פת כי רמותה הוא הנביא שהוא מורה על כן באח להט הטונה Docuit Iaphethus,* praef-

praceptor Ezidae, מורה esse prophetam, quia is imbuat eos doctrina innocentiae, propterea euentura eis esse bona. Adiungit deinde loca in quibus eadem obseruatur antanaclasis: Iud. 15, 16. 10, 4. Ex. 22, 4, 5, quibus addi possunt: Ios. 16, 3. 17, 9. Ps. 82, 1. 131, 2 ex sententia LXX interpretum. Ps. 139, 24. 141, 5. Obad. v. 16, meaeque annotationes ibi adiectae: quanquam idem Ezrides adiicit: *Ex mea sententia מורה est pluia prior, ut יורה Deut. n, 14, eadem dicendi ratione ac Malach. 3, 20: de quo loco mox agetur.* Kimchius addit: במו יורה ואמר כי נון לכם לזרקה שעשרה פשעכם ופרק אתכם בmonth Pluia prior, ut יורה Deut. n, 14, fementi factae impendens mense Novembri, siue Marchesvan, ab ipso vobis data secundum aequitatem, siue iustitiam innocentes absoluenter, qua vobiscum egit, remittendo peccata, atque iniurando vos cum pluia. Sed interpretatio haec non magis videtur probanda, quam miraculum, vel potius fabula a Rabbiniis subtexta, illo tempore, quo haec a Ioële propheta essent prolata, utramque pluuiam in mensem Aprilem incidisse, cui alias pluuiia, posterior tantummodo esset propria, eo euentu, ut semente initio mensis Nisan siue Aprilis facta, seges inte orta eodem modo intra undecim dies maturesceret, quo alias sex mensium spatio adolesceret. Ipse Drusius ad hunc locum dubius adscripsit: “doctorem ad iustitiam.] Sic Chaldaeus, Graeci, Latina Vulgata. Et consentiunt interpres, ut putent Chriftum significari: De quo Hos. 10, 12, donec veniat et doceat vos iustitiam. Potest ita esse, tamen consideranti mihi seriem concionis, non displicet, pluuiam ad iustitiam: vt nec in Hoseae loco citato, si quis Scholiaſten fecutus ita vertat, donec veniat et pluuiia iustitiae vobis. Sensus autem hic est, dedit vobis pluuiam iustitiae, i. largam, copiosam: vt Sol iustitiae, Mal. 4, 2, qui benigne tum lucet tum calefacit.

Cc 2

“Vel

“Vel dedit ad iustitiam, h.e. largiter. Cui simile, Seminate ad iustitiam, inibi apud Hosseam. Quidam referunt secundum iustitiam. Per iustitiam autem intelligunt ius et aequum, ac si dicere ret. Dedit vobis tantum pluviae, quantum satis est, et aequitas postulat.” Nempe ex usu linguarum antiquarum, ab omni antiquitate suppeditato ac probato, [¶] et [¶] ducas nihil aliud significat, nisi iustum, aequum, quicquid tale est, quale esse debet, sincerum, integrum, incorruptum, innocens, verum, conueniens.

Mich. 6, 5: *Popule mi, recordare quaeſo, qualia confilia ceperit Balacuſ, rex Moabitarum, et quid responderit ei Bileamus filius Beori, Num. 22 — 25, quae gesta ſint inter Sittim et Galgala, Ios. 3, 1 — 4. 19, ut cognoscas [¶] iusta causas Iehouae. De lite ſermo eſt, quam propheta Micha auctoritate ac nomine Iehouae regibus Iudeorum atque Israëlitarum, omniq[ue] populo ſuo intendebat. Commode ergo hic iustae litis illius, quam Iehouah in populum ſuum iſferbat, commemorantur causae. Chaldaeus retinet [¶] iusta causas, quod vocabulum adhibuerat idem Iudic. 5, 11. 1 Sam. 12, 7. 26, 23. 2 Sam. 19, 29. Ps. 17, 1. Vid. ſupra § XXVI. XXVII. p. CXVIII ff. Nam hic etiam Ios. 3, 1 — 4, 19, non beneficiorum ſolum, ſed poenarum etiam, quas Deus Israëlitis inflixit, Num. cap. 25, fit mentio. Graecus conuertit: ὅπως γνωσθῇ η δικαιοσύνη τῆς Κυρίου, ut agnoscatur iusta causa Domini. Theodoretus quidem haec de veritate effatorum diuinorum, ac de bona Dei fide interpretatur, scribens: τάταν δὲ ἐδῶν ἐκπονεῖ, καὶ μισθόν τοι δικαιοσύνης οὐεγεν, ἀλλὰ τὴν ἐμαυτῷ δικαιοσύνην δῆλην ποιεῖ. Ἰποτζόμενος γαρ τῷ ὑμέτερῳ προπάτορι, ταῖς προς ἐπλήξεν συνθήκαις. Quārum rerum quamque perſciebam, non mercedem tibi iustitiae praehens, ſed me veracem eſſe demonſtrans. Promissa enim vestri generis auctori ſerauabam foedra. Theodoreto hic conſentit Vatablus adiiciens: “Ut his rationibus intelligas Do-
“mi-*

“minum veracem esse in promissis, et promissiones eius certissimas esse.” Hieronymus et Vulgata biblia ponunt: *Vt cognosceres iusticias Domini.* Ab illo autem LXX sic transferuntur, teste D. P. Sabatier: *Vt cognosceretur iustitia Domini.* Idem Hieronymus aliam afferit Symmachii translationem, in annotationibus scribens: “Pro iustitiis siue iustitia, misericordias interpretatus est Symmachus.” Itaque Symmachus, ut Montefalconius suscipitur, pro vocabulo δικαιοσύνης scriptis ἔλεος. Sed quum hoc Symmachii interpretationem, ex Judaeorum ingenio et systemate profectum, Hieronymus in sua vitaque haud adhibeat translatione, illud non magis probasse videtur, quam LXX interpretum error rem ferentium, ἀπὸ τῶν σχένων ἐαυτῆς τῆς Γαλγάλης annotationem adiiciens: “Vanus populus — semper commutans loca, “vel stans — super funiculos, ut vulgatae quoque editionis “sequamur errorem.” In antecedentibus enim adscripsit Hieronymus: “Arbitror — Septuaginta σχένων interpre-
“tatos esse, hoc est, lentificum, sed paulatim librariorum er-
“rore, factum esse, ut σχένων, id est, funes, pro σχένοις, hoc est,
“lentificis legerentur.” Syrus קְדוֹמָה Arabs autem קְדוֹמָה habet. Isaacides adscribit: *Quia peccauistis aduersus me ad Sittim, cognoscite iustas causas meas, cur vobis litem inten-
dam, non enim cohibui benignitatem et auxilium meum a vo-
bis, donec adducerem vos Galgala, et subiicerem ibi vobis ter-
ram.* Kimchius, quem sequitur Melechides, Munsterus et Clarius, per קְדוֹמָה traditiones et leges Mosis intelligit. Ezri-
des קְדוֹמָה interpretatur per דָחַרְתִּי et חֲדַבְתִּי pietatem paternam et bonitatem. Drusius hic fluctuat haec adscribens: “Iu-
“sticias / Iusta facta, vel, ut alii, beneficentias. Nam in Set-
“tim scelus populi expiavit paucorum caede; Galgalae au-
“tem, cum sicco pede Iordanem transflisset, fedus cum eo de
“novo iniit.” Grotius addit: “Vt cognoscas Dei beneficia.”

CLXXIV *scilicet* XXXI. *Dan. 4, 24 explicatur.*

S. XXXI.

Dan. 4, 24 et Malach. 3, 20 (4, 2) explicatur.

Dan. 4, 24 : Et peccatum tuum נָקְרַת innocentes absoluente iustitia interrumpe, quae est virtus in primis in reges cadens, atque iisdem in primis necessaria, qua Nebucadnefar quidem caruit, insatiabilem suam in ciuibus exercens crudelitatem. Graecus ex systemate Iudeorum habet : Καὶ πάσι ταῖς αἰδίναις σὺ ἐν ἐλεημοσύναις λύτρωσαί. Theodotion similiter : Καὶ ταῖς ἀμαρτίαις σὺ ἐν ἐλεημοσύναις λύτρωσαί. Quos sequutus est Vulgatus : Et peccata tua eleemosynis redime. Syrus ponit אַתְּ קֹדֶר בָּזָקָר quod nomen aequitatem pariter atque eleemosynas potest significare. Arabs habet נָאַלְוָאַדְמָא misericordiae copia, qua ex ingenio Iudaico eleemosynae significantur. Misericordia certe hoc intellectu reperitur etiam apud Tertull. Apologet. c.42, vbi videantur Dei Heraldi Animaduer-siones. Theodoretus quidem Theodotionis translationem afferens adscripsit : ὅντας εἰρηνάς τὰ ἑσόμενα, παρεδίνεσθινεις φέρεις καὶ συμβολὴν ἀγίστην, καὶ Φαρεμαὸν προσφέρεις συμβολῶν τῷ τελευτα-τι. Διάτετο γὰρ, Φησὶ, Βασιλέων ἡ βολὴ μετάρρεστω σοι, καὶ ταῖς ἀμαρτίαις σὺ ἐν ἐλεημοσύναις λύτρωσαί, παὶ ταῖς αἰδίναις σὺ ἐν ὁικτιζοῖς πενήτων. Δη-λοὶ δὲ διὰ τόπων τὴν ἀπλησθὸν ὄμοτητα, ἢ κατὰ τῶν υπηκόων ἐχε-στατω. Βόλει, Φησὶ, Φιλανθρωπίας ἀπολαῦσαι. Επιδειξαι ταυτὴν ἐις τὰς τὴν αὐτὴν σοι Φύσι λαχόντας ὅντω γάρ πείσεις τὸν δικα-τὴν σβέσαι τὴν ἀπειλὴν, καὶ καταλαπτεῖν αἰτέλεσσον. Ἰσως γὰρ, Φησὶ, ἔσαι μακροθυμία τοῖς παρεαπτώμασι σὺ. Sic proponens futura, adhortationem addit et consilium optimum, ac medicinam affert vulneri conuenientem. Propterea enim, inquit, rex, consilium meum placeat tibi, et peccata tua eleemosynis redime, atque iniurias tuas miserationibus pauperum. Indicat autem hisce insatiabilem crudelitatem,

tem, quam in ciuibus exercuit. Visne, inquit, benignitate
frui? Demonstra eandem erga eos, qui participant tecum ean-
dem naturam. Sic enim persuadebis iudici, ut existinguat mi-
nas et relinquat infestas: fortasse enim, inquit, clementia ad-
hibebitur in delictis tuis. Theodoretus ergo etiam per
חַדְרָךְ quod vocabulum Gracus, more Iudeorum per ἐν
ἀληγοσύναις expressit, virtutem crudelitati oppositam intel-
lexit. Idem Theodoretus alias hunc locum allegans ad
Pſalm. 119, 46, Tom. I Opp. p. 1449 et Haeret. Fabular.
Compend. lib. V cap. 28 Tom. IV p. 475, ἀπόλαυσαι, abſterge
in locum verbi λύτρωσαι substituit. Ifacides a iugo sine ab-
onere simile dūtum esse putauit, adſcribens: וְהַטְאַתְךָ
בְּצִדְקָה פֶּרֶק בְּעֵל צְוֹאָתְךָ Et peccatum tuum iustitia innocentes
abſoluente abrumpe a collo tuo. Ezrides פרק idem significare
ait ac לְאַזְבֵּן ut Pſalm. 136, 24, וַיִּפְרֹקֵנִינוּ (quae mater lectionis
abſit in ipso codice sacro) et redemit nos ab hostibus noſtris.
Saadias Gaon cum פרה redemit confert, quem sequitur
Grotius adiiciens: “פרק Chaldaeum respondet Hebraeo
“פרק — Apparet id 2 Sam. 4, 9. Eſa. 35, 9. Num. 3, 49 et
“18, 15 et alibi ſaepe.” Sed. Ief. 35, 9 verbo לְאַזְבֵּן respon-
det. Syrus h. l. verbum קְרֻעַק retains, atque Arabs קְרַעַת liberari te fac, ſine effuge, ponit. Conf. Coran, 3, 103 (Hinck.
99) et Pſalm. 72, 14, vbi hoc verbum Arabicum Hebraico
לְאַזְבֵּן respondet. Eques III. I. D. Michaelis conuertit:
Kaufe deine Sünden durch Almosen, und deine Unge-
rechrigkeiten durch Wohlthaten gegen die Armen ab,
atque adſcripsit: Man hat ſich allerley unnöthige Be-
denklichkeiten gemacht, ob diſ nicht der Lehre des
Neuen Testamentes von Christo, dem einzigen Verſöhn-
opfer für unsere Sünden, zuwider ſey. Hier iſt gar nicht
von dem die Rede, was wir in der Theologie Vergebung
der Sünden nennen, nicht von Erlaſſung der Strafen jener
Welt,

CLXXVI f XXXI. Dan. 4, 24 explicatur.

Welt, sondern von einer Strafe dieses Lebens, die ungeachtet des Verdienstes Christi auch denjenigen, der es in wahrrem Glauben ergreifet, treffen kann, nur daß sie ihm zur heilsamen Züchtigung wird. Daniel sieht es als möglich an, daß Gott auch diese Strafe Nebucadnezarn erließe, wenn er seine Ungerechtigkeiten, vielleicht insonderheit die Verwüstung mancher Länder durch ungerechte Kriege, oder auch die in gerechten Kriegen bewiefene übermäßige Härte, durch Almosen und Wohlthaten gegen die Armen wieder gut mache, so daß diese nun aufhören, um Rache zu schreyen und vielmehr für ihn beten. Ich sehe nicht, warum dies nicht figurlich könnte genannt werden, seine Ungerechtigkeiten durch Almosen und Wohlthaten an den Armen abkaufen.

Malach. 3, 20 (4, 2): *Tum orietur vobis, reuerentibus maiestatem meam sol יְמִינָה innocentiae, cuius radii erunt medicinales, et subinde superbietis sicut vituli saginandi. Sol innocentiae, vt puto, est sol innocentiam hominum fidem habentium demonstrans, atque iisdem perfectam innocentiam concilians, eosque reddens ἐσθιεῖν, Phil. 1, 10, vt splendore etiam solis admisso, nihil tamen maculae, nihil vitii in illis possit conspicere. Propterea adduntur verba: cuius radii erunt medicinales.*

3d 6020 II

(2)


ULB Halle
003 772 209

3



TA-206

KM Wt.



75

Q. B. F. F. Q. L. E. D.
PRAEMISSA AD HOS. II. SEGM. XXI
VOCABULI *pis* EXPLICATIONE
XXIV

OMNES MVSARVM PATRONOS,
FAVTORES, AMICOS

^{A D}
ORATIONEM
^{D E}
**COLVMBA NOACHICA SPIRI-
TUS SANCTI SYMBOLO, ET AVSPI-
CIORVM SVPERSTITIONIS
OCCASIONE**

^{A B}
JOANNE BALTHASARO AMBERGIO
NOSTRATE
IVVENE IVRIS STVDIOSO, INGENII FELICITATE AC
MORVM ELEGANTIA, ET IN ADDISCENDIS DISCIPU-
LIS BONISQUE ARTIBVS ASSIDVITATE AC DILIGEN-
TIA QVAM MAXIME COMMENDABILI
FER. I. PENTECOST. MDCCCLXXXII
HABENDAM
QVA DECET OBSERVANTIA INVITANT
DIRECTOR
PROFESSORES RELIQVI

COBURGI
FORMIS ABLIANIS